



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Lancicii E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Adferuntur causæ, ob quas, in multis non apparet, vel non diu durat
fructus Octiduanæ Recollectionis. C. XVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78809)

vite æternæ, ac proinde omne otium fugias, & occupationes etiam bonas, sed ad præsentem tuum statum non necessarias, nec illi vtilis.

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM:

Adferuntur cause, ob quas in multis non apparet, vel non diu durat fructus Exercitiorum, seu Octidvana Collectionis.

NOtandæ sunt causæ, ob quas multi post Exercitia facta, vel non emendantur, vel non diu seruando bona proposita, ardenti licet animo in Exercitiis facta, redeunt ad pristinam tepiditatem, & vt loquitur S. Bernardus, & B. Laurentius Iustinianus, à *Sapiente ad indisciplinatum conuersationem*, hoc est, viuendi rationem imperfectam & laxam.

Causæ sunt hæc:

Ber. ep. 1.
col. 4.
Iulho. de
humil. c.
13. col. 1.

191.
Eccle. 7.
16. c. 12. f.

Prima. Si meditationes non sint factæ cum totali applicatione animi, ad eas beneficiendas: quæ applicatio si desit, impossibile est vt benè fiant. Signum autem infallibile malæ applicationis est, si sine debita præmissa præparatione, incipiat suas meditationes, si temporis particulas, quas in lectione pia, vel suauius considerationibus nouis, aut meditationis punctorum ruminacione, transigere deberet, in otio vel cogitationibus impertinentibus traducat, vel lectione librorum etiam piorum, magis tamen curiositati explendæ, quàm piis affectibus excitandis seruientium tunc se occupet, si silentium eo tempore non seruet: si curiositati oculorum, ad aspiciendas res non necessarias indulgeat: si in aliis occupationibus manualibus tunc non necessariis tempus terat: qui talis est, ni Deus postea miraculose, vt ita dicam, illi succurrat, tam erit post meditationes peractas tepidus & imperfectus, sicut fuit antea: sæpè vero iusto Dei iudicio, peior in penam peccati, quod tam excellenti medio sibi à Deo dato abusus sit, cum offensis his Diuinæ Maiestatis. Nam si in studiis non proficit is, qui se ad ea non applicat, habens bonum ingenium & sanitatem, cum tamen profectus in literis non superet vires naturæ, multò minus proficient in effectu meditationum, & in ipsis meditationibus, quæ præter naturæ applicationem, necessariò indigent supernaturali concursu, eoquæ multiplici, auxiliorum Diuinæ gratiæ, tum ad benè meditandum & orandum, tum ad superanda tædia, solitaria per plures dies commoracionis, tum ad concipienda bona proposita, de refecandis multis peccatis & imperfectiõibus amori proprio iucundis, & de inferendis

multis virtutibus, & neglectis antea, vel malè exercitatis, & de necessaria omnino quoad hæc magna sui victoriã, & eradicatione prauarum affectionum, ex quibus omnes nostri defectus nascuntur, & studium virtutum, vel negligitur, vel languidè exercetur, & sine vilo vltiore progressu. E contrario verò dum meditationes cum magna animi applicatione fiunt, incredibiliter mutant hominem, eiq̃ue Dei auxilia magna conciliant, ad vitæ renouationem. Is enim Domini mos est, inquit S. Chrysostomus, vt quoties videt animam aliquam multo desiderio propteritudinemque intentam spiritualibus inbiantem, liberat illam gratia, & opulentis donis suis locupletet.

192.
h. 4. in
Genes.

Secunda causa, Malus vsus temporis in Exercitiis. Nam etsi quis benè Meditationes expediet, sed reliquum tempus non benè, non speret (citra miraculum) diuturnum ex Exercitiis fructum. Malè autem tempus expenditur, si extra tempus meditationum vaces studiis Philosophicis vel Theologicis (multò peius si humanioribus) vel colligendis materiis pro concionibus & his similibus. Hoc experientia perpetua ostendit in talibus. Ita post Exercitia sunt tepidi sicut fuerunt antea, imò sæpè peiores & magis dissoluti.

Tertia causa est, Difformitas occupationum intercedentium inter horas Meditationum. Exempli gratia: Si quis tunc occupet se etiam in bonis rebus, sed non congruentibus materiæ præsentium Meditationum. Vt si quis tunc vacaret describendis vel legendis rebus bonis, disparatis tamen, & non iuuantibus, ad executionem bonorum propositorum in præsentibus materiis factorum, talis non assequeretur plenè fructum Exercitiorum, & non retineret diu bona proposita, etsi benè in Meditationibus accuratè expeditis facta, sed citò post Exercitia rediret ad pristinam tepiditatem, vel languorem quandam in studio virtutum, qui tamen est minus malum quàm tepiditas, quæ est mater apertæ negligentæ in vita spirituali. Hanc ob causam S. P. Ignatiùs Additione sexta, vult tempore Meditationum proportionatas iis fouere cogitationes, & in primâ hebdomada vitari etiam piis cogitationes lætitiarum excitantes. Et Annotatione vndecima monet, ne qui facit Exercitia, sciat qua de re sit postea meditaturus in sequenti hebdomada: vt ne remotè quidem abstrahatur ad disparatas cogitationes, nõ conuenientes præsentis statui & materiæ Meditationum. Tanti refert fouere conformes cogitationes extra Meditationem materiæ præsentium Meditationum. Quam ad rem accommodari potest id quod dicit S. Gregorius Nyssenus: *Quod improprium est, & alienum, præterquam quod nihil prodest, res est inordinata, incompota atque absurda, non solum in iis orationibus, quæ de Religionis ac pietate habentur, verum etiam in externis & iis quæ ad mundanam pertinent sapientiam. Omnis*

193.

194.
or. 3. de
Resurr.
Christi.

enim est orator tam stultus adeoq; ridiculus, qui ad nuptias hilaritate & iucunditate plenas vocatus, relicto apto & iucundo genere orationis, quod accommodatum sit, ac quasi congratuletur hilaritati & festiuitati conueniens, tristia quadam carmina atque lugubria pronuntiet, & ex tragedia petitas calamitates in conuiuio nuptiali & in thalamo occinat: aut è contrario, mortuo alicui iusta exequi, & orationem funebrem habere iustus oblitus presentis casus, iucundum se prebeat & hilarem apud mœstissima plenum conuentum? Quod si rebus mundanis res decora est ordo atque scientia, multo profectò magis eam obseruari conuenit in rebus magnis atque celestibus.

195.

Quarta causa est, Si Exercitia fiant non eo ordine quo à S.P.N. Ignatio tradita sunt: Nimirum, vt prius fiant ea, quæ ad viam purgatiuam spectant, postea ea quæ ad illuminatiuam in secunda & tertia hebdomada contentam. Immo in ipsa prima hebdomada & secunda ille ordo seruandus est, quo sunt positæ Meditationes à S. Patre cum magno artificio (vt sciunt periti Exercitiorum tradendorum, ad quos spectat ostendere, cur hæc ante illam Meditationem præmittenda sit) quod ostendi in quodam Opusculo de Exercitijs, & ante omnia præcedere debet, valde accurata & diuturna consideratio Fundamenti, seu Finis ad quem creati sumus, & quidem primò omnium, postea consideratio proprijs finis tuæ Congregationis, quæ Cõsiderationes solæ sunt tanti momenti, vt si per eas imprimerentur profundè nostræ menti veritates, quas Dei Sapientia tunc solet communicare benè meditantibus, sufficerent sine sequentibus meditationibus, ad hominem plene renouandum, & inflammandum ad studium constans eximie perfectionis & sanctitatis. Et ita illa pia virgo Maria Bonauentura Ordinis S. Benedicti Romæ in Monasterio Religiosissimo & nobilissimo Turris speculorum dicto, primo die Exercitiorum, quæ ei dedi, meditando Finem hominis conuersa est ad eximiam & valde raram sanctimoniam vitæ, in fine huius Opusculi descriptæ. Simili modo, post Meditationes purgatiuæ defectuum & imperfectionum crassiorum primæ hebdomadæ Exercitiorum proprias, vel eis a fines (vt sunt de peccato veniali, de purgatorio, de damnis peccatorum, de iudicio, &c.) antequam particularia vitæ Christi Mysteria meditentur, necessario præmittenda est Meditatio de Regno Christi, vt in ea excitetur generale, sed ardens desiderium Christum imitandi, in iis rebus, quæ in particulari imitandæ merito proponuntur, dum meditabuntur particularia Mysteria vitæ & Passionis Christi, in quibus homo agnoscit res particulares quas vitare & facere debet, in hac sacra Regis celestis Iesu Christi militia. Quod autem profundius menti imprimantur res particulares, tum considerandæ in Christi Incarnatione, Natiuitate, tum considerandæ de Christi Cir-

cumcisione, Pastoribus eum visitantibus, & Magis, & alijs Mylteris vitæ Christi, multum confert Meditatio de duobus vexillis, applicata aptè ad præsentem tuum statum, & viuendi quam tenes rationem. Quod si sis ex classe tepidè viuentium, & non adhibentium media apta ad profequendum constanter studium virtutis, sed vel ob humanos respectus, vel ob alia solatia & occupatiunculas, tuum in virtutibus profectum impediens, expertus es, te non exequi & antiqua & quotidiana bona proposita, circa fugam vitiorum, & exercitium bonorum operum, plurimum conducit Exercitium de tribus hominum classibus, accommodatum vel per te, vel per Directorem tuum, ad statum tuum præsentem. In eo enim agnosces clariùs, cur non profeceris hæctenus in virtutibus, habens tot media & auxilia Dei, pro eximio progressu & veloci in illis. Post hæc peracta, tum demum animus disponetur, & animabitur magis ad Christum imitandum in rebus difficultioribus, quas Deus menti proponit, dum meditaberis Mysteria Passionis Christi, præsertim vltima, factò initio ab oratione Christi in hortu, vel à proditione Iudæ &c. Meditationes tempore Exercitiorum debent esse instar rotarum horologij rotati, inter se connexæ & certo ordine dispositæ, vt vna rota moueat aliam, & sic deinceps, alioqui sicut horologium non curret, nec horas indicabit, sine certo ordine ac dispositione rotarum; sic nec Meditationes in Exercitijs adferent eum fructum, ob quem sunt Exercitia instituta. Aliis temporibus non est necessariò adhibendus vllus ordo, dummodò benè fiant Meditationes, at in Exercitijs seu Collectione octo dierum, id seruandum est, Hanc ob causam S. Pater Annotatione 20. id commendauit: *Ei inquit, qui à negotijs liberior est, & fructum consequi spiritualem optat quam possit maximum, in adenda sunt omnia exercitia eodem quo procedunt ordine.* Quocirca in septima Congregatione Generali, vbi commendatur nobis hæc annua Collectio, ab omnibus, etiam Superioribus, faciendæ Decreto 25. (ex quo Canon quartus desumptus est) dicitur, vt fiant Exercitia, seruata in illa proportione methodo, quibus integræ Exercitia fieri consueuerunt. Atque ita nunquam omissenda sunt Exercitia conformia Primæ hebdomadæ & viæ purgatiuæ, etiam si facturus sit antea valde deditus, orationi mentali, & in viâ spirituali prouectus, vt benè dicitur in Directorio, Exercitiorum c. 9. §. 3. fin. Et nostris etiam, qui antea Exercitia fecerunt, & sunt in illis versati, hoc seruandum præscribitur in Directorio eodem cap. 10. §. 4. 6. & c. 11. §. 4. Quam sanè nostrorum Exercitiorum dispositionem & methodum ipse Christus Dominus multò antè commendauerat S. Brigittæ lib. 6. Reuel. c. 65. Tradens enim modum, quo aliquis ad perfectionem, & per quos gradus ordinatè ten-

tendere debeat, sic ait: Cogitet taliter. Deus inquit, ea ratione me creauit, vt ipsum super omnia honorare & honorando diligere & timere. Natus quiaue est de Virgine, vt viam ad calum duceret, quam imitando ego sequerer cum humilitate, deinde morte sua aperuit calum, vt illuc desiderando & veniendo festinarem (quod in meditatione fundamenti & aliis posterioribus ponderatur, inter media ad finem nostrum data. Deinde ait) Cogitet etiam & examine opera omnia sua, cogitatus & affectus, scilicet quomodo offenderit Deum, quam patienter toleret Deus hominem, & quam multis modis vocat hominem ad se. Tales cogitationes & similes, sunt in tenebris, nisi illuminentur igne Spiritus sancti, qui ignis tunc aduenit in cor, quando quis cogitat rationabile esse seruire Deo: quando magis vellet omnem penam subire, quam scire Deum ad iram provocare, cuius bonitate anima est creata, & sanguine benedicto redempta &c. & multa alia prosequitur de examine cogitationum, & intentionum nostrarum, quae maxime cognoscuntur & practicantur tempore Collectionis.

198. Quinta causa est, non diurni fructus Exercitiorum, neglecta continuatio bonorum propositorum in ipso tempore Exercitiorum. Nam etiam extra tempus Exercitiorum sepe sed breuissimè iteranda sunt (cum seruo tamen & affectu) proposita in Meditationibus facta, per modum orationum breuium iaculatoriarum, quod plurimum conducere ad conseruandam deuotionem docet cum S. Augustino libr. de orando Deum S. Thomas eum citans ad hoc propositum 2.2. q. 171. a. 2. ad 2. Id valde prodest, vt profundius menti imprimantur iuxta illud: *Gutta cauat lapidem, non vi, sed sepe cadendo.* Et *Letitio lecta placet, deues reperta placebit.* Et haec sunt causae in ipso tempore Exercitiorum occurrentes.

199. Sexta causa est, Si post finita Exercitia non remoueantur illa impedimenta ob quae antea non perfecte vivebas; vt sunt conuersiones cum personis non spiritualibus. Tales enim loci dispiciunt valde spiritum, vt è contrario spirituales valde illum conseruant & augent. Cum sancto, ait Rex Dauid sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris, & cum peruerso peruerteris. Et Salomon: *Qui cum sapientibus graditur sapiens erit, amicus stultorum similis efficitur.* Hoc ipsum alibi docuit Spiritus sanctus: *Cum viro sancto assiduus esto quocumque, cognoueris obseruantem timorem Dei, cuius anima est secundum animam tuam; & qui cum turbaueris in tenebris, condolebit tibi &c.* Anima viri sancti enunciat aliquando vera, quam septem circum spectatores sedentes in excelsis ad speculandum: Et alibi: *Viri iusti sunt tibi conuersa, & in timore Dei sit tibi gloriatio, & in sensu sit tibi cogitatus Dei, & omnis enarratio tua in preceptis Altissimi.* Reuera noxiae sunt amicitiae, inquit S. Basilus, quae cum malitia contrahuntur. Nam ea est amicitia huius lex & vis, vt per similitudinem malorum suam conuincit indat: quam obrem rectè prouerbium

dicit: *Corrumpunt bonos mores colloquia praua.* Vt enim in pestilentibus locis sensim attractus aer latentem corporibus morbum inuenit, sic in praua consuetudine ac conuersione, maxima à nobis mala hauriuntur, etiamsi statim incommodum non sentiatur.

Septima causa est, si ob humanos respectus & pudorem noxium, statim post Exercitia in occasionibus violandarum Legum vel Regularum, & non spiritualiter viuendi, vel ob metum ne iridearis, aut ne pro deuotulo & scrupuloso habearis, nolis abstinere à prioribus vel leuitatibus vel aliis Regularum transgressionibus. Ideo frangenda est (vt dicitur) prima glacies, & in prima occasione, quae se tibi offeret, aperte ostendas (etiamsi deberes aliquem offendere) te velle seruare omnes Regulas, nullam violare, faciendò verita & omittendo ab eis praescripta. Quod si feceris, relinquent te imperfecti, & non inducent ad pristinas transgressionem paruam Regularum. Immo te praesente non audebunt eas violare, siue ob pudorem, siue ob metum ne à te accusentur Superioribus. Vt enim scripsit S. Hieronymus Pelusiora, l. 3. epist. *Quemadmodum pudica mulier castitatis notas in facie gestans, eorum qui impudicos in eam oculos coniiciunt, expectationes reprimat, eodem modo pudica anima virtutis tesseras in sensibus ferens, eorum qui ipsius pulchritudinem corrumpere cupiant, spes excindat.* Quisnam enim huiusmodi oculum suauitate & ingenuitate temperatum conspicit, propius accedere audeat: Quisnam autem linguam, quae honestatis & grauitatis delubrum sit, inuenit, non sibi aditum omnem ad congressum illicitum interclusum arbitretur: Quisnam denique reliquos sensus virtutum instrumenta esse animaduertens, praeposterum consilium dare non pertimescat: Et hac ratione etiam aliis proderis. Nam sicut inter famulos, ait S. Chrysostomus, qui honestiores sunt & clariores, conseruis suis terrores sunt; qui autem offenderunt herum, conseruis timent; Idem euenit inter Religiosos bonos, & dysscolos. Immo hac tui mutatione & declaratione fieri potest, vt illi quoque non solum non audeant te spectante transgredi Regulas, sed vt etiam mutantur in melius & conuertantur. Iusti & probi viri instar fermenti sese habent, inquit idem S. Chrysostomus, vt sui similes, probos efficiant. Sic duodecim Apostoli orbem vniuersum ad se conuertunt. Ideo Deus reliquit malos inter bonos, vt sicut eiusdem naturae sunt participes, sic etiam animus, eadem vitae instituta amplectantur. Qui in vnguentaria taberna resederunt, inquit Seneca, & paulo diutius commorati sunt, odorem secum loci serunt: ita qui cum sapiente consuetudinem habent, etiamsi non hoc agunt, tamen redduntur meliores. Hinc fingit Plato Atridem dixisse Socrati: *Ego Socrates nihil unquam à te didici, vt ipse nosti, proficiebam autem quoties tecum vna eram: & tunc magis si in te dicentem intuerer, maxime si quando proximè te sederem & barerem tibi.* Ideo Socrates apud Platonem dixit & Theoguidis sententia

Hos propè bibe & comede, cum his vnà sedes,

Hisq; obsequere, quorum magna probitas:

A bonis enim bona perdisces.

Quod si malis adhaeris,

Quam habes mentem, procul dubio perdes.

Octaua causa est: si post Exercitia negligenter Meditationes expedies, non durabunt bona

proposita Exercitiorum. Sequentes enim Meditationes (vti faciendum monet S. Macarius)

sunt veluti ligna noua indies adiuncta, quæ accensum antea ignem conseruant & fouent; alioquin

extinguetur, ni noua & noua addas. Ex huiusmodi siquidem meditationibus, inquit B. Laurentius Iulianianus, ignis Diuini amoris exardescit,

& vehementer accenditur, ita vt potens sit cunctam mundialis carnalisq; affectus, detergere rubiginem atque

Diuinam in homine clarificare imaginem, qua temporalium rerum inordinata dilectione sedatur. Inter

temporales autem res, sunt omnia illa impedimenta spiritualis profectus & perfectionis, quæ multos retardant in religione, ab assuetudine

perfectionis, vti sunt, amicitia singularis (non fundata in virtute, & supernaturalibus motibus, sed aut in communionem eiusdem patriæ, aut in sympathia complexionis &c.) conuersationes, & colloquia cum liberè viuentibus, idè instituta, quia sunt legi, non scrupulosis, ad Superiores non deferentes vfos defectus &c. Neglectus Meditationum, colloquia non

spiritualia, sed nugis, iocis, cachinnis, clamoribus plena. Sensuum exigua custodia, libertas agendi, inmodestia in incessu, securitas, & his similia. Quapropter post Exercitia benè peracta, attendendum est, vt etiam sequenti tempore, maxime primo Mense post illa, accuratè facias

quotidianas Meditationes. Nam in Exercitiis veluti fundamenta iaciuntur, & educuntur muri principales ædificij spiritualis, cui studium perfectionis dicitur esse simile à SS. Patribus.

Hoc autem ædificium in Exercitiis inchoatum, & eleuari sat in altum, ceptum, per meditationes postea accuratè faciendas continuandum est, & vt dicitur in Euangelio, eadem similitudine vtente, consummandum. Hoc enim orationis consideratiuæ (vt ita dicam) rerum Diuinarum continuatum exercitium, plurimum

conducat, vt defectus aboleantur, passiones domentur, vt tentationibus generosè resistatur, & omnes difficultates vitæ spiritualis superentur, & virtutes inferantur, & turris altissima

Euangelicæ perfectionis, ad cælum quodammodo, id est, ad caelestem viuendi rationem erigatur. Nam, vt ait S. Bonauentura, tractans de Meditationibus vitæ Christi, virtus orationis

inestimabilis & efficax est ad omnia proficua impetranda, & nociua remouenda. Si vis patienter tolerare aduersa, sis homo orationis. Si vis tentationes & tribulationes superare, sis homo orationis. Si vis prauas affectiones conculcare, sis homo orationis. Si vis astutias Satana cognoscere, ac eius fallacias vitare, sis homo

orationis. Si vis latenter viuere in opere Dei, & laboris & afflictionis viam, incedere, sis homo orationis. Si vis spirituali vita te exercere, & carnis curam non agere in desideris, sis homo orationis. Si vis vanas multas cogitationum effugare, sis homo orationis. Si vis animam tuam sanctis & bonis cogitationibus, desiderijs feruoribus & deuotionibus impinguare, sis homo orationis. Si vis cor tuum virili spiritu & constanti proposito, in Dei beneplacito stabilire, sis homo orationis. Denique si vis vitia extirpare & virtutibus imbui, sis homo orationis. In ea enim recipitur Spiritus sancti vnctio, qua de omnibus mentem docet. Item si vis ad contemplationem ascendere & frui complexibus Sponsi, sis homo orationis. Ad eam namque Contemplationem & celestium degustationem per orationis exercitium deuenitur. Ad quorum omnium confirmationem, omnis Scripturarum probationibus, hoc tibi sit pro efficaci probatione, quod audimus & videmus quotidie, per experientias, illiteratas personas & simplices, predicta & alia plura & maiora, per virtutem orationis fuisse adeptas.

Nona causa. Lectio Librorum spiritualium affectui mouendo seruientium, vti sunt vitæ Sanctorum, Thomas de Kempis & similes, incredibiliter fouent bona proposita, & eorum executionem promouent. Immo lectio talium librorum est valdè efficax medium ad acquirendam sanctitatem, & hanc ob causam ea cõmendabatur suis à S. Philippo Nerio, qui quotidie aliquot horis audiebat legi sibi vitas Sanctorum ab aliquo è domesticis, & cum nullum haberet ad manum, ipse eas legebat. Idè si negligatur vel perfunctoriè expediatur hæc lectio spiritualis, bona proposita euanescent.

Decima. Ferè plus quam reliqua externa conducit ad Exercitiorum fructum conseruandum & augendum, spiritualis conuersatio, non promiscua, sed cum melioribus perpetua (non tamen clandestina, nec cum vno solo, nec extra tempora assignata pro conuersatione, sed modò cum hoc, modò cum alio, sine secretis conuenticulis) hoc est, cum talibus, quos vides abstinere à fractione Regularum, à censuris morum alienorum, præsertim Superiorum, & his similibus, quos vides magis compositos, magis collectos, & magis modestos, ac de rebus bonis semper loquentes, quos vides magis deuotos, & magis se mortificantes, cum talibus, inquam, conuersatio spiritualis plurimum inuat ad conseruandum fructum Exercitiorum & augendum. Magnum est bonum, inquit S. Chrysostomus, in consuetudine bonorum esse. Est bona talis partialitas. Immò S. Agnes diuinitus docuit S. Brigitam, sapientem Dei dilectionem esse, quando plus diliguntur illi qui videntur in amore Dei feruentiores: Quos autem magis diligere debemus, magis cum iis conuersari possumus. Idè S. Pachomius c. 53. vite, inter monita suis ante mortem data, etiam hoc reliquit: Cum illis conuersemini, qui Dominum metuum, & possunt prodesse vobis conuersatione

203. Ideo obed. cap. 28.

Ign. ep. ad Ephel. Hier. in c. 2. Eph. Doroth. ser. 4. Cass. l. 12. Inst. c. 37. Th. 2. 2. q. 161. a. 1. ad 2. Luc. 14. 30.

204. cap. 73.

orationis. Si vis latenter viuere in opere Dei, & laboris & afflictionis viam, incedere, sis homo orationis. Si vis spirituali vita te exercere, & carnis curam non agere in desideris, sis homo orationis. Si vis vanas multas cogitationum effugare, sis homo orationis. Si vis animam tuam sanctis & bonis cogitationibus, desiderijs feruoribus & deuotionibus impinguare, sis homo orationis. Si vis cor tuum virili spiritu & constanti proposito, in Dei beneplacito stabilire, sis homo orationis. Denique si vis vitia extirpare & virtutibus imbui, sis homo orationis. In ea enim recipitur Spiritus sancti vnctio, qua de omnibus mentem docet. Item si vis ad contemplationem ascendere & frui complexibus Sponsi, sis homo orationis. Ad eam namque Contemplationem & celestium degustationem per orationis exercitium deuenitur. Ad quorum omnium confirmationem, omnis Scripturarum probationibus, hoc tibi sit pro efficaci probatione, quod audimus & videmus quotidie, per experientias, illiteratas personas & simplices, predicta & alia plura & maiora, per virtutem orationis fuisse adeptas.

Nona causa. Lectio Librorum spiritualium affectui mouendo seruientium, vti sunt vitæ Sanctorum, Thomas de Kempis & similes, incredibiliter fouent bona proposita, & eorum executionem promouent. Immo lectio talium librorum est valdè efficax medium ad acquirendam sanctitatem, & hanc ob causam ea cõmendabatur suis à S. Philippo Nerio, qui quotidie aliquot horis audiebat legi sibi vitas Sanctorum ab aliquo è domesticis, & cum nullum haberet ad manum, ipse eas legebat. Idè si negligatur vel perfunctoriè expediatur hæc lectio spiritualis, bona proposita euanescent.

Decima. Ferè plus quam reliqua externa conducit ad Exercitiorum fructum conseruandum & augendum, spiritualis conuersatio, non promiscua, sed cum melioribus perpetua (non tamen clandestina, nec cum vno solo, nec extra tempora assignata pro conuersatione, sed modò cum hoc, modò cum alio, sine secretis conuenticulis) hoc est, cum talibus, quos vides abstinere à fractione Regularum, à censuris morum alienorum, præsertim Superiorum, & his similibus, quos vides magis compositos, magis collectos, & magis modestos, ac de rebus bonis semper loquentes, quos vides magis deuotos, & magis se mortificantes, cum talibus, inquam, conuersatio spiritualis plurimum inuat ad conseruandum fructum Exercitiorum & augendum. Magnum est bonum, inquit S. Chrysostomus, in consuetudine bonorum esse. Est bona talis partialitas. Immò S. Agnes diuinitus docuit S. Brigitam, sapientem Dei dilectionem esse, quando plus diliguntur illi qui videntur in amore Dei feruentiores: Quos autem magis diligere debemus, magis cum iis conuersari possumus. Idè S. Pachomius c. 53. vite, inter monita suis ante mortem data, etiam hoc reliquit: Cum illis conuersemini, qui Dominum metuum, & possunt prodesse vobis conuersatione

205. Bac. l. 1. c. 2. n. 2. 6. c. 5. n. 10. Vitæ.

206.

h. 56. ad pop. l. 4. Rec. cap. 17.

207.

l. 1. Offi. sup. 10.

l. 1. Offi. sup. 10.

l. 1. Offi. sup. 10.

l. 1. Offi. sup. 10.

l. 1. Offi. sup. 10.

l. 1. Offi. sup. 10.

l. 1. Offi. sup. 10.

l. 1. Offi. sup. 10.

l. 1. Offi. sup. 10.

l. 1. Offi. sup. 10.

l. 1. Offi. sup. 10.

l. 1. Offi. sup. 10.

l. 1. Offi. sup. 10.

l. 1. Offi. sup. 10.

l. 1. Offi. sup. 10.

l. 1. Offi. sup. 10.

l. 1. Offi. sup. 10.

l. 1. Offi. sup. 10.

l. 1. Offi. sup. 10.

l. 1. Offi. sup. 10.

l. 1. Offi. sup. 10.

l. 1. Offi. sup. 10.

satione sancta, & animabus vestris spiritualia prae-
bere solatia. Siue ij sint coetanei, siue natu maiores,
praesertim si sint senio, magnis sanctimonie &
virtutis insignibus ornato, venerandi. Plurimum
prodest, inquit S. Ambrosius, vnicuique bonis iungi.
Adolescentibus quoque vtile, vt claros & sapientes vi-
ros sequantur: quoniam qui congregatur sapientibus,
sapiens est, qui autem cohaeret imprudentibus, imprudens
agnoscitur. Et ad instructionem itaque bonis iungi plu-
rimum proficit, & ad probitatis testimonium. Oflen-
dunt enim adolescententes, eorum se imitatores esse, quibus
adhaerent: & ea conualefcit opinio, quod ab his viuendi
acceperint similitudinem, cum quibus conuersandi
hauerint cupiditatem. Inde tantus Iesus Naue (id est,
Iosue) quod cum non solum eruditus ad Legis scien-
tiam, Moysi conuersatio, verum etiam sanctificauit ad
gratiam. Et infra: Pulchra itaque copula seniorum at-
que adolescentium: alij testimonio, alij solatio sunt, alij
magisterio, alij delectationi. Omitto quod Abrahae ad-
haerit Loth adolescentulus, etiam proficiscenti. In A-
ctibus Apostolorum Barnabas Marcum assumpsit, Paulus
Silam, Paulus Timotheum, Paulus Titum. Plerum-
que etiam virtutibus pares, dispares aetatibus sui dele-
ctantur copula. Sicut delectabantur Petrus & Ioannes.
Nam adolescentem legimus in Euangelio Ioannem, &
sua voce, licet meritis & sapientia nulli fuerit seruatorum
secundus. Erat enim in eo senectus venerabilis morum,
& cana prudentia. Vita enim immaculata bone sen-
ectus stipendium est. Immo Ethicus Seneca id
suadebat: Cum his versare, qui te meliorem facturi
sunt: illos admittite, quos tu potes facere meliores: mutuo
ista sunt, & homines dum docent discunt. Quin &
Cicero ducta rationis monuit: Neminem esse ne-
gligendum, in quo aliqua significatio virtutis appareat:
colendum autem esse ita quemque maxime, vt quisque
maxime virtutibus his lenioribus erit ornatus, mode-
stia, temperantia, iustitia. Hoc bene sciens S. P. N.
Ignatius tractans ex professo de conseruatione
Societatis, in iis qua ad animam & profectum in
virtutibus attinent, talium conuersationem, &
contrariorum prudentem declinationem in
Constitutionibus praescripsit, tanquam ma-
gnam medium ad profectum spiritus, quod
verbis valde efficacibus sic expressit: Quod ad
animam attinet, cum tanti referat, eos ab omnibus im-
perfectiōibus, & quibusuis impedimentis maioris spi-
ritualis profectus remouere. (Nota S. Patrem non
esse contentum, vt illa tantum impedimenta
remoueantur, quae qualemcunque profectum
impediunt, sed illa quoque remoueri vult a no-
bis, quae maiorem profectum impediunt) multum
ad id confert omnem (non dicit tantum frequen-
tem) communicationem, (quae plus est, quam sola
conuersatio) per verba & scripta, vt abiciant cum
iis, qui in proposito sibi instituto intepescendi causa esse
possunt (quanto magis cum iis, qui actu & re ipsa
fuerunt tibi causa intepescendi) & vt in via spi-
rituali incedendo cum iis dumtaxat personis (atque
ita prohibet omnino, & fugiendas docet illas,
quae tales non sunt) & de iis rebus agant quae iuuent

in Diuino obsequio, ad id consequendum, quod in-
gressu Societatis sibi vt scopum praesigebant: Scilicet,
propriam & aliorum salutem ac perfectionem.
Idque tanti fecit S. P. N. Ignatius, vt in declara-
tione illius paragraphi scriptum reliquerit: Si in
aliquo loco soluitur (scilicet ad viuendum non
conformiter regulis) vel perturbatur aliquis, (scili-
cet irrisionibus, censuris, vexationibus) ab ho-
minibus qui in via spiritus non bene proce-
dunt, videat Superior, num eundem in alium locum
transmitti expediat, vbi Diuino obsequio commodius
insistat. Et eodem capite §. 3. subdit: Eadem de cau-
sa egredi domo non debent, nisi quando, & cum quo so-
cio, Superiori visum fuerit: nec domi hi cum illis, pro
suo arbitratu colloquantur, sed cum iis tantum, qui a
Superiore praescripti fuerint, quorum exemplo, & spi-
ritualibus colloquiis edificationem accipiant, non autem
offensionem, & proficiant in Domino. Quocirca
contra spiritum & doctrinam S. P. N. Ignatij, &
aliorum Sanctorum est, promiscue conuersan-
do cum omnibus fugere conuersationem eo-
rum, qui sciuntur de piis & spiritualibus rebus
colloqui, & modestius viuere, ac minus aliis re-
gulas violare, vel nunquam violare, etiam si ij
sint valde iuuenes. Nec enim omnes senes iis
sunt praediti moribus, qui iuniores edificent;
neque iuuenes declinandi sunt, si virtutem se-
nilem praeserunt. Nam, vt sapienter observa-
uit S. Ignatius Martyr, Nec annoxi, sapientes conti-
nudi sunt, nec senes, intelligentiam possident: sed spiritus,
qui in hominibus est. Daniel enim ille sapiens, cum duo-
decim esset annorum, spiritu Dei afflatus erat, & senes
frustra canos ferentes, calumniatores, & aliena forma
appetentes esse coarguit. Samuel autem puer paruulus,
Heli nonagenarium reprehendit, quod suos filios plus-
quam Deum honoraret. Similiter Ieremias audit a
Deo: Ne dicas Iunior sum. Porro Salomon & Iosias, ille
quidem duodecimo aetatis anno, hic vero octo natus an-
nos, regni gubernaculis admotus est, aras & templa di-
ruit, & lucos combussit, & falsos illos sacerdotes ingu-
lauit. Adolescentia igitur non est contemnenda, quoties
Deo dedita consecrataque fuerit. Iuuenis erat Timotheus
ille Christo plenus, verum quid illi Magister scribat,
audire. Adolescentiam tuam nemo contemnat. Sed &
cum talibus conuersatio debet esse verè spiri-
tualis, ac religioso nomine, & veste ac profes-
sione digna. Nulla enim occupatio in religio-
ne ita detegit bonum vel malum statum reli-
giosi, vt recreatio. In ea se produnt mores qua-
les sint, & qualis sit internus animae status. Et
quod S. Gregorius Nyssenus dixit de quouis
Christiano, non viuente vt decet Christianum, Harmo-
nium.
simiae Alexandrinae, personam hominis & vesti-
bus humanis indutae, a quodam circulatorum &
praestigiatore, & ad cantum & modulationem
apte se mouentis atque circumagentis, sed ab
alio proiectis amygdalis, oblitae saltationis, ac-
currentis ad amygdala, & ne impedimento ef-
feret, personam humanam ori detrahentis, atque
vngui-

lit. A.

ep. 6 ad
Magne-
sian.
Dan. 13.

1. Reg. 4.

Ierem. 1.

1. Timo-
th. 4.208.
epist. ad
Harmo-
nium.

vinguibus suis assimilata formam dilacerantis, & turpem faciem suam naturalem conspiciendam præbentis; idem dici potest de Religioso intus malè constituto, ac irreligiosè viuente, sed specie quadam & religiosa veste veluti personato incedente, ubi se in recreatione obtulerint occasiones iocorum, facetiarum, scurrilitatum, detractionum, veluti amygdalorum aut nucum simiæ oblatorum, repente eas arripiunt, & simias se non veros Religiosos & spirituales homines demonstrant. Cauemus igitur, vt loco citato monet S. Gregorius Nyssenus, Ne dum nudâ professione ac specie (religiosi) prætextu, solus nominis insignimur, aliud, atque videtur esse, ab eo, qui occulta intuetur, demonstreretur. Quemadmodum enim simia non satis fuit falsa atque assimilata forma, ad hoc, vt homo existimaretur, deprehensa per ingluuiem belliarum natura; Ita qui non verè ipsam naturam suam (religiosum spiritum) deformauerint, facile per diaboli escam & ingluuiem conuincuntur, quod aliud sint, atque præ se ferant ac profiteantur.

209. *Vndecima causa*, Ob quam non durant fructus Exercitiorum, est in deuotus vsus Sanctissimæ Eucharistiæ, tum ante eius receptionem, tum post eam receptam, si te citò confetas ad profanas occupationes. Vna enim & sola Communio hominem perfectum & sanctum vt dicebat B. Maria Magdalena de Pazzis. Meritò hoc dicebat, quia hoc ipsum S. Dionysius Areopagita dixerat: *Verus ad sacra percipienda accessus, id accedentibus tribuit, vt ex communione Diuinâ ad Dei similitudinem atque consortium transeant.*

e. 94. vite
c. 3. Eccl.
hier.

210. *Duodecima causa est*, neglecta renouatio præcipuorum propositorum in Exercitiis factorum: mirum enim in modum iuuant, si quotidie renouentur aliquoties: primò in fine Meditationis: secundò in sacro, si illud audis post Eleuationem maximè, si verò Sacerdos es, in ipsa Communione, vel ante illam loco præparationis (quæ gratissima erit Deo) post dictum: *Domine non sum dignus* &c. tertio in examinibus conscientiæ circa finem eorum: quartò etiam dum is è cubiculo ad aliquem locum remotiorem, prodest ea renouare. Porrò cum omnia renouari nequeant, quatuor proposita sæpè renoua, quæ sunt velut radices & fontes omnium nostrorum bonorum, & totius vitæ spiritualis,

211. & vt appellat S. Ioannes Climacus, *Virtutum Matres*. Primum, fugere omnia illa quæ displicent Deo, scilicet peccata & violationes Regularum. Secundum, Facere benè omnia opera ordinaria, præsertim Meditationem, Examina, & Recreationem. Tertium, Ferre a quo animo omnia quæ displicent amori proprio, vt sunt irrisiones, contemptus. Quartum, Ferri semper ad perfectiora, hoc est curandi perpetuum in virtutibus progressum, sicut eum curas in studiis: & inter res bonas eligendi eam, quam ag-

gr. 26.

noscis esse perfectiorem. Quòd si dubitas, vel nescis vtra sit perfectior, eligendi illam, quæ est similior Christo pro te humiliato, neglecto, irriso, occiso &c. iuxta tertium modum seu gradum Humilitatis à S. P. N. Ignatio traditum in secunda Hebdomada Exercitiorum.

CAPVT DECIMVM NONVM.

Quid faciendum post octiduanam Recollectionem pro Executione constanti bonorum propositorum in ea factorum.

PORRò vt compendio scias, quo modo & ordine post absoluta Exercitia procedere debeas, vt bona proposita exequaris, & non redeas ad pristinam tepiditatem & defectus, hæc faciendi sunt:

Primo post Exercitia die, communica accepta licentia, & eam Communionem offer Diuinæ Maiestati in gratiarum actionem pro iis quæ facienda & vitanda agnouisti tempore Exercitiorum, & ad impetranda efficaciam Diuinæ gratiæ auxilia, quibus fretus, deinceps viuas, iuxta bona proposita à te in Exercitiis facta, & ne cedas vllis tentationibus internis, & ne impedimentis externis retraharis à benè inchoata viuendi ratione. Accepto deinde Sanctissimo Sacramento, postquam solitas deuotiones cum Christo Domino peregeris, offer in vnione meritum eius, ei, tua proposita, gratias age, pro eis factis, pote gratiam conuincier ea exequendi semper in occasione omni.

Posteà adeas Superiorem tuum, vel Confessarium tuum, si Superiorem nullum habes, eique præcipua proposita à te facta communica, tum propter alia, tum vt notitia tuorum propositorum Superiori vel Confessario communicatorum, sit frænum quoddam, quo retinearis ne in defectus priores relabaris, & sit calcar, quo extimuleris ad constantem eorum executionem, saltem metu & pudore adactus, ne tibi exprobet Superior vel Confessarius inconstantiam in benè cæptis: nam & talibus motiuis secundariò te iuuare debes quæ apud Tirones & imperfectos sæpè maiorem vim habent, quàm alia motiua purè supernaturalia & præstantiora.

Ideo hanc ipsam ob causam, Sancti veteres instituerunt manifestationem propiorum peccatorum Superioribus & Patribus Spiritualibus faciendam, & Christus Dominus, procul dubio etiam hanc ob causam, instituit auriculari rem confessionem.

Si habuisti aliquos socios, qui tibi antea erant vel causa vel occasio liberè viuendi, vel non viuendi spirituali modo, in primo cum eis congressu, manifestè te illis declara, quòd te resoluueris ad mutandam pristinam viuendi irreligiosè